



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XXXII. Si quis pro eo quod mancipia sua in ecclesia perdit, mancipia clericorum peruaserit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

ANNO CHRISTI 452.
 positione eis cōmunicari. Quod si accepto hoc viatico superuixerint, stent in ordine pœnitentum, vt ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitime reconciliatoriam manus impositionem recipiant.

XXIX.

Pœnitentiam desiderantibus etiam clericis non negandam. XXX.

Eos qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportet: sed eos domini sui promissa intercessione exire persuadeant. Quod si ab ecclesia exeuntibus pœnale aliquid intulerint, vt ecclesiæ inimici, habeantur excommunes.

XXXI.

Si quis clericorum religionis negotia, vel spirituales causas ecclesiæ ad sæcularia patrocina, relicta Synodo, transire præsumperit, excommunicatione omnium ac detestatione dignus habeatur. Simili modo si causa inter clericos orta fuerit, ne inuito episcopo ad sæculares iudices deferatur, sed episcoporum iudicio terminetur.

XXXII.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur. Ino part. 16. cap. 70.

XXXIII.

Si quis per testamentum manumissum in seruitute, vel obsequio, vel in colonaria conditione impremere tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur. XXXIV.

Si quis in ecclesia manumissum crediderit in-